RIVVLVS SAPIENTIÆ

EMANATVS

AD REGES, ET PRINCIPES.

AVTHORE

P. D. BONAVENTVRA
DE TVNDIS EVGVBINO,

Monacho Oliuetano, Sacræ Theologiæ Doctore.

SACRATVS

AVGVSTISSIMO, ET IMMORTALI NOMINI,

CAROLI SECVNDI.

MONARCHÆ HISPANIARVM.

Neapoli, ex Regia Officina Saluatoris Caſtaldi 1681.

Superiorum Licentia.

AVGVSTISSIME ET INVICTE REX.

AD aures tuas, clamant quotidiè, ſapientiæ voces, & nihil non ſapientiſſimè operaris, ductus AVSTRIADVM inſtinctu, qui ſemper operati ſunt, ad verum dictamen rationis, & ad rectam normam ſapientiæ; Te pietati, inſolubili nexu, religas; omnia deteſtaris, quæ abrogant pietatis cultum, pietatiſque officia, nullo caſu intermittis; Vndè non alteri, quàm Tibi, hæc ſapientiæ monita, deuouenda ſunt. Cùm hic liber, in publicum prodire nollet, ſinè patrocinio, tuum præcipuum, ſibi Nomen inſcripſit, ex quo tutior foret, atque honeſtior; fateor, quòd, vt Solis intuitu, caligat oculorum acies, & hebeſcit; ſic Regalis tuæ Dignitatis fulgor, meam mentem præſtringit; laudatiſſimus fuit, cuiuſcumque temporis vſus, proprios errores ſubijcere, oculis alicuius Numinis, vt innocentes redderentur; Has meas Elucubratio-

RIVVLVS SAPIENTIÆ;

EMANATVS AD REGES, ET PRINCIPES.

CVM tanta ſit, humanæ naturæ, imbecillitas, ac tanta in rebus fluxis, atque interituris inconſtantia; omniſque vita ſit periculis expoſita: in ſolis poteſt magnitudo animi, & fiducia reperiri, qui ſe Dei præſidio, munitos eſſe conſiderant; Cùm igitur nemo, regium munus obire, ſine admirabili ſapientia, ſine egregio dignitatis exemplo, ſine roboris inuicti conſtantia poſſit, & nulla ex iſtis laudibus è terra naſcatur; ſed omnes è Cœlo diuinitùs oriantur; conſtat certè, omne Regis officium, in Religionis ſanctiſſimam rationem conferendum; ſoli nàmque ſapientes, &